

---

## Decreto de nombramiento del Vicario Auxiliar de la Prelatura del Opus Dei, 9 de diciembre de 2014

---

NOS DR. D. XAVERIUS ECHEVARRIA  
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
PRAELATUS

### DECRETUM

Extensio navitatis apostolicae Operis Dei, augmentum circumscriptionum regionalium, centrorum et inceptorum quibus Praelatura asistentiam pastoralem praestat, secum tulit incrementum non parvum laboris regiminis directe ad Praelatum spectantis.

Quibus omnibus perpensis et consideratione quoque habita meae aetatis, decisi procedere ad nominationem Vicarii auxiliaris, cuius officium expresse praevideatur in n. 134 §§ 1 et 3 necnon n. 135 Codicis iuris particularis Operis Dei, promulgatae a Sancto Ioanne Paulo II per Const. Ap. Ut sit, die 28 mense novembri 1982 (AAS 75 [1983] 423-425).

Quapropter, audito meo Consilio,

### NOMINO

Rev. m. D. num Ferdinandum Ocáriz Braña Vicarium auxiliarem, cum omni potestate executiva ad regimen Praelaturae necessaria, inclusis competentibus Praelato specialiter reservatis, his solummodo exceptis quae exercitium ordinis episcopalis requirunt.

Datum Romae, ex Aedibus Curiae Praelatitiae, die 9 mense decembri anno 2014.

Rev. Mus D. Dr. Ernestus Burkhart + Xaverius Echevarria  
Curiae Praelatitiae Cancellarius  
Reg. Gen. R. lib. VI pag. 56